



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXCIIX. Thobiae Zorero Iurisc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Gualthero Drechselio

Juris. & Canc. Palat.

Aut fert laborem, aut est laboris præmium,

Confiti, quod optant, OTIVM.

Hoc dulce, triste est illud. felix hic dies,

Anni pater qui fit sui.

XXCVI.

E Græco Luciani.

Similis, que patras, homines, non improbe diuos

Calabis: nec tunc quum meditaris adhuc.

XXCVII.

Ad Carolum Vtenhouium.

Multi regna colunt, non reges CAROLE: re-
(gem⁹)

Si quis fortè colit, sic cupit esse potens.

Nam colit is regem, quò calcet, et opprimat
(omnes:

Omnibus ut noceat, commodet ipse sibi.

Sed plures nitidæ fulgor quoque conuocat aulæ:

Aut honor, aut auri dira cupidus premit.

Stipatus tot eat populis licet ipse Monarcha:

Crede, tot in populis vix erit una fides.

XXCIX.

C 4 Thobiæ

Thobiæ Zorero Iuris*c*.

*Qui famulus tandem famulorum postulat esse
Plures hic famulos, quam ferat v*s*us, alat.*

XXCIX.

Nicolao Mario Iuris*c*.

*Sic recte viuis, si curas esse, quod audis:
Virtus, virtutis non placet umbra mibi.*

X C.

Ad Melchiorem Iægerum

Consil. VVirteberg.

Quid sit viuere, M E L C H I O R, beate:

Pulcrè Marsilius docet Ficinus.

Primum noscere vera sit: secundum

Consultare benè: atque tertium sit

Semper velle bonum: bonumque quartum

Quod vis, hoc agere. absoluta virtus

Constat quatuor hisce rebus omnis:

Prudens vt, sapiensque sis, & vna

Iustus, perpetuoque perseverans.

Qui sic viuit, homo beatus ille

Viuit: qui secus: ille non homo, sed

Turpis bestia jure nominatur.

XCI.

Ioan. Thomæ Freigio IC.